



Dum dabitur florere Caput.

PUltrida Turba sumus pallentis germina campi
Lilia, Narcissi, Nardi, Viola^q rosæ^q,
Phœbus ut ignivomis jaculatur rura sagittis;
Atque venenato facit immatura tepore
Immeritis jaceant, ut adhuc innoxia fatis.

Tunc, à quo pretium Graijs frons digna talentis
Extulit in Cœlos; toto fugit ore pyropus:
Fâmque nihil superest, similem cui sidera formam
Invideant. Violas violet violentior imber:
Aut varijs pulchrum si crinibus aura papaver
Despoliet; si bruma rosas: sunt cœtera spinæ, &
Vilia taurorum sicci fastidia caules.

Vivida turba sumus florentis germina campi
Lilia, Narcissi, Nardi, Viola^q rosæ^q,
Lenius indomiti dum cœlum Hyperionis æstus
Mitigat, & nimios madidi Fovis eluit imbres;
Temperie mediâ donec fovet utilis aër
Horti molle genus. Vivitum gratia vultûs
Quàm vario decorat fœcundæ pignora Floræ
Intuitu! Plenis alios incendia flammis;
Solæ alios contrâ scintillæ pulchrius ornant:
Hos sincera decet, decet illos mixta pyropo
Crystallus. pretium formæ decernitur omni.

Tota